70

1235.

Privilegium Vladislai Ducis Poloniæ in cujus Villam Wehne quondam per Iuricum Ioculatorem de licentia et beneplacito ejusdem Ducis Ecclesiæ Posnanien. donaverat, liberat et eximit, ab omni solutione volens eandem esse ejusdem libertatis, cujus sunt Villæ antiquæ ejusdem Ecclesiæ Beati Petri; de Datt. Gneznæ quinto Kalend. Junii. Præsentibus Stephano Cancellario Balduino decano Gnesnen. Andrea, Artungo, Mutina, Gotpoldo Clericis Gnesnen. Anno 1235.

Privilegium Vladislai Ducis Poloniæ quo mediante cum Illustri ducissa Uxore sua Hedvigæ et filiis suis Primyslone et Boleslao ob reverentiam beati Petri principis Apostolorum, tum propter dominum Petrum Archidiaconum Gnesnen. qui illi quinque marcas Argenti et ducenta Septuaginta Capetias Annonæ tribuit Villam Ninkowo cum sortibus sibi contiguis, quarum hæc sunt nomina Sulino, Swiverewo, Soviym Wirzkenerye, Golaczyno, Goscinowo Ecclesiæ beati Petri in Posnania contulit et donavit in perpetuum, hac tamen conditione, quod præfatus Archidiaconus eadem quousque vixerit possideat de data Anno Gratiæ 1235.